

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Amor erga Deum in S. Ignatio perfectissimus. Cap. XII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

runt, prodeuntque numerofissimi, & literis & virtute, alijsque naturæ & gratia ornamenti illustres, in Orbis magistrâ & Principe Romanâ Urbe, auctor fuit, ut Collegium Germanicum pro purganda ab hæresibus Germaniâ erigeretur: Domus item orphanorum pro pueris & puellis orbatis parentibus: Domus Catechumenorum pro ludâis ad fidem conuersis alienis: Cœnobium male nuptarum, in quo ad tempus molieres à maritis dissidentes, tamdiu delisterent, quoad compositis controuersijs, in gratiam cum maritis sedirent. Pro cuius cœnobij initijs, ipse licet magna rei familiaris pressus inopia, & certis lapidibus, ex area domestici templi effossis ac diuendit, collectam 100. aureorum summam, primus in medio posuit. Ahiud quoque Monasterium, quod nunc S. Catharina de Funarijs appellatur, instituit, quo puellæ forma eleganti, ob angustias rei familiaris, in periculo pudicitia constituta, magnâ impensa educantur: atate maturata, vel religiosæ vitæ consecranda, vel in matrimonio honeste collocanda. Quârum hodie aliquot centena e loco retinentur. Id quoque molitus est, quod olim in patriâ suâ effecit, ut vicerol ac mendicet per compita miserè queritantes, unum in locum coacti, publicâ impensa alerentur. Pro quodam, qui per sexaginta annos confessus non fuerat, multas preces Deo in Societate offerri mandavit, & tandem ad bonam frugem hominem reduxit. Denique continuo vigilabat, & cogitabat, quomodo posset malos à peccatis abstrahere, & ad vitam puram perducere: & pro animarum auxilio, quævis incommoda ac pericula, doloresque libenter patiebatur, nibilque difficile recusabat. Effecit etiam, ut Innocentij Tertij iam defuetudine propemodum antiquata, lex, de non curandis agrotis, à prima inspectione, nisi ritè sua confiterentur peccata, longo intervallo resuocaretur. Denique quod maximè salutis animarum conducit, cum Ecclesiasticorum Praefulsum incuria, frequens vsls, sacrarum Concionum & lectionum, Missarum item, Confessionisque ac Communionis, iam pridem effet extincus; illum S. IGNATIVS ROMÆ primùm, deinde in alijs vniuersi orbis partibus introduxit, quemadmodum & veteres scribunt Historici, & ex iuratis multorum testimonij S. IGNATIO coœvis, Sacré primùm Rotæ Auditores, deinde Cardinales sacrorum titulum agnoverunt. Quem virum illi, ob conuertas multis barbaras nationes per socios ab eo missos, disertis verbis, in Relatione Summo Pontifici, pro eo in Sanctorum numerum referendo data, pronunciarunt: dici posse, Apostolum Indorum & Barbarorum, aliarumq; nationum, quæ per socios ab eo missos, CHRISTVM agnoverunt: sicut à V. Beda S. Greg. Magnus dicitur Apostolus Angliae, quia illuc Augustinum & alios Monachos ad prædicandum Euangelium misit.

Sed solis spiritualibus proximorum auxilijs S. IGNATII charitas minimè contenta est, ad corporalia sese amplè diffudit. Statim enim ac seculi militiam deseruit, & valetudinem recepit, assiduum obsequium pauperibus & infirmis exhibuitjjs, in hospitalibus magna humilitate & charitate intercedendo, vulnera eorum curando, interdum eorum plagas lingen- do. Et quamvis ipse relictis pro Christo rebus omnibus piorum aleretur subsidijs, non tantum pro se, sed pro alijs etiam pauperibus quotidie elemosynas conquirebat, & conquisitas liberalissime distribuebat: peiore & diuiriens panis partem sibi reseruans, meliore & recentiore Christi pauperibus donans, non sine la- chrymis præ gaudio, & proximorum propter Deum amore, manantibus. Curavit præterea, ut in patria Sodales SS. Sacramenti, elemosynas quouis die Dominico, pro pauperibus occulis, verecundia pressis colligerent, ijsque pati- tur: & ut eius germanus frater, quouis item die Dominico, panes 12. in honorem Apostolorum duodecim largiretur. Hæc etiam eius eniue charitas, in visitandis ac recreandis, ob aliquam calamitatem mœritibus, tam liberis, quam in carcere detrusis. Quod ei tota deinceps vitæ in more fuit, etiam dum obiret laboriola Pia-positi Generalis munia. Sed maximè eius charitas resplenduit in dilectione ardentina & constantissima inimicorum. Nulli malum pro malo reddidit: malefacta benefactis non tantum æquauit, sed superauit. Cum sapientius appetitus esset à multis, & ad iustum indignationem provocatus, ne minimam quidem communi- amini significationem dedit; neque eos à quibus grauita est lacestis, vel levior, cum fa- cilè posset, est vltus. Quod quidem præclaris exemplis demonstrati posset, ni breuitas compendij promissa, obstatet.

## CAPVT DVODECIMVM.

*Amor erga Deum in S. Ignatio perfctif-  
smus.*

ET exactâ Dei præceptorum post siam cō-  
uenitionem custodiâ, & multiplici dilectione  
proximorum fatis superque S. IGNATIVS, ve-  
ram erga Deum & excelsam dilectionem, te-  
stamat reliquit: sed adiunt alia quoque huius  
rei certissima argumenta, prudentissime à Sacris  
Rotæ Auditoribus, & Cardinalibus Sacrorum  
Rituum, in Relatione eius Canonizationis, non  
rhetoricè, sed grauissimâ judiciali sententiâ, post  
præmissam longam inquisitionem, & multo-  
rum iuratorum testimoniis, examina: Deum, inquit  
Apostolici Commissarij ac Iudices, quanopere  
diligeret, patet ex summa illa curâ ac diligentia, quâ  
studuit proper Deum proximo in spiritualibus ac tem-  
poralib-

pōratis semper benefacere; & ex maximā vigilātiā quā curauit cor suum mundum custodire. Nequā  
verō tantummodo custodiuit cor suum ab yis que sunt  
contra dilectionem, sed etiam à seipso amorem omnium  
rerum, que Deus non sunt, prorsus abiecit, atque in  
eundem transiit Deum: omnemq; affectionem ad Dei  
dilectionem referre conatus est. Hanc in Deum chari-  
tatem, (pergunt iudei Apostolici Commissarii)  
ad eam in suo corde aluit, retinuitq; ut etiam suis  
ipius amore pro�us amandarit. Dixit enim ali-  
quando; Se, si optio daretur, velle potius vivere cum  
incertitudinē beatitudinis, & interim seruire Deo:  
quam cum certitudine tunc obire: & iudicare, sibi ma-  
gi durum & penale futurum, audire blasphemias in  
Dominī nomen, quam pénas inferni pati; si vnguans  
ad inferos detrudetur at Deo. Tantò denique erga  
Deum amore flagrabat, ut totā diu illam exquireret;  
& nihil aliud loqueretur, nihil aliud cupere, quam  
placere Deo. & illius obtemperare voluntati. Itaque illib  
se rotum commitebat, illum omnino sequi decreuerat,  
etiam in toto celo terrāq; priuareatur. Omnes suas cogi-  
tationes, verba, opera, in Deum tanquam in finem re-  
ferebat; ad Deum ac Dei gloriam honoremq; destinabat; atque hoc veluti symbolum, AD MAIOREM DEI  
GLORIAM, in ore semper habebat. Ex his nimis rur-  
oribus illud magnum gaudium spirituale, quo hic  
Dei serua plenē repletus erat; illa serenitas quam sem-  
per in vultu praeservabat; illa pax interior animi. Hæc  
illi. Huius admirabilis erga Deum dilectionis,  
& hæc insignia argumenta sunt, quod quantilibet  
esset pressus curis, ac molestijs fatigatus S.  
IGNATIVS, in solā Dei recordatione, & quasi  
amplexu, per suumnam delectationem acquisi-  
ceret. Chilcum Dominum videndi sicut est,  
tantà flagrabat cupiditate, ut eam ipsam ob-  
tem, solui corporis vinculis (ne Deus suam pro  
animarum salute longiorē operam exigenter)  
vehementius in dies optaret. Itaque si quando  
grauioitem incidisset in morbum, conceptā mi-  
grandi spe, abstrahebatur illico à sensibus, non  
sine magno valetudinis detrimento. Quocirca  
mentem à cælestibus rebus interim auocare,  
etiam atque etiam iubebatur à medicis. Inter  
ipsam negotiorum molem, perditas metreticas  
tanto studio conabatur ab impuritate auo-  
care, ut si qua ex ijs resipisceret, sequē ad Monas-  
terium vellet recipere, grandis iam natu vir, &  
Præpositus Generalis, antecedere ipsem, ac  
perductoris quodammodo munere fungi, Dei  
causa non erubesceret. In quo cūm admonere-  
tur à quibusdam, frustra tempus ac laborem in-  
sumi cum talibus, breui ad ingenium reddituris;  
Ego vero, inquit ille, cuiuslibet istarum, vnius dunta-  
zat noctū impedisse peccata & iniurias in Deum, pro  
omnibus totius vita mea laboribus, & operibus, magnū  
præmium duxerim. Deum sapientissime alloquens ex  
intimo corde dicebat: Quid ego Domine extra te  
volo, aut quid velim? Quotiescumque sublatis in  
celum oculis, astra aspiciteret, quod sèpè facie-  
bat ac diu, mortalia cuncta illi repente sorde-  
cebant, & miro quodam æternæ patriæ deside-  
rio rapiebat. Semper dum ad SS. Trinitatem  
orationem funderet, quod frequenter & diu  
faciebat, eximiā diuinæ consolationis suau-  
itatem percipiebat. Quamvis in vniuersitate Hispani-  
æ, pro magnâ sanguinis nostræ, & familiarum  
dedecore habeatur, habuisse maiores è Iudaico  
generi profectos, S. tamen IGNATIVS, quamvis  
hac labe eius familia nunquam infecta fuerit,  
dixit P. Ribadeneiræ multis audientibus, se sin-  
gularis diuinæ beneficij loco habiturum fuisse, si  
è Iudeorum stirpe descendisset; ut ita etiam  
hac ratione Christi Domini, eiusque Beatissimæ  
Matri, secundum carnem quodammodo con-  
sanguineus, etli remorus esse potuisset. Quod ex  
ardentissimâ erga Christum dilectione, tanto  
animi sensu ac pietate protulit, ut à lachrymis  
temperare non potuerit.

Rome in templo Societatis, doctrinâ Chri-  
stianâ pueros rudesque, &c. alios omnes aduen-  
tantes instruens, ita sermonem claudere sole-  
bat. Amate Deum ex toto corde, ex totâ animâ, ex to-  
ta voluntate. Quæ verba cum tanto feroce, &  
ardore vultus proferebat, ut flamas effundere,  
& corda vrere videretur. Extremâ ætate sèpè  
S. Pater ægrotabat, & perpetuâ ferè ventricoli  
nausea fastidioque diuebat: expetiebat ut  
verò, nullâ re se iuuati magis, circuisque ad me-  
liorem sanitatem redire, quam diuinarum lau-  
dum cantu etiam rudi simpliciique, qualis quo-  
tidie in templis auditur. Ita non cor tantum  
eius, sed caro etiam exultabat in Deum viuum:  
& auditis dilecti sui laudibus, statim corroborabat  
& conualesceret. Quare si propriani  
vilitatem & gustum spectasset, chorū more  
aliorum Ordinum in Societate instituisset; quia  
tamen videbat sine choro, modis alijs, posse  
Societatis homines non minus propagare di-  
uinam gloriam, sequē & alios, in Dei obsequio  
perficer; choro Societati abstinentem duxit:  
eum tamen in alijs Ordinibus, vii solebat omnia,  
tanquam vniuersitatemque Instituto accom-  
modatum, commendans.

## CAPUT DECIMVM TERTIVM.

*Admirandum in S. Ignatio omnium com-  
motionum ac perturbationum domi-  
nium.*

Sic omnes appetitus & passiones S. IGNATIVS  
Dei gratiâ, studioque ac labore peruerterat,  
& obedientes rationi efficerat, ut non quidem  
sine illis esset (hoc enim ab hominis naturâ est  
alienum) sed certè ut ab omni commotione a-  
tinui, motuque turbulentio vacuis videretur.  
Proinde tum Sacrae Romanae Rotæ Auditores,  
tum Cardinales Sacrorum Rituum, in Relatio-  
nibus pro S. IGNATII Canonizatione Summo

Ddd 4 Pon-